



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Aquila. Descriptio LXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

NUNC DESCRIPTIONES ALIQUOT PRAECIPUORUM ANIMALIUM SUBIICIEMUS EX LAUDATIS AUCTORIBUS, AD QUARUM EXEMPLA CAETERA IN EODEM GENERE CONFORMARI POSSINT.

A V E S.

Ex D. Gregor. Nazianzeno.

Descriptio LX.

Σκέψαι μοι καὶ ὄρνέων ἀγέλας, καὶ ποι-
κίλιας, ἔντε σχήματι, καὶ σχήμασι,
τῆ ἀλλοτρίων, καὶ τῶ ὀδύων. καὶ τίς
τότων μελωδίας ὁ λόγος, καὶ πρὸ τίνος
πῆς ὁ δόους τέλητι τὴν ἐπισηθεὶ μαγὰδα, καὶ
τὰ ἐπὶ τῆ κλάδων ἄσματα τε, καὶ τερετίσμα-
τα, ὅταν ἡλια κινῶνται μεσημέρινα μεσημέ-
ρῶντες, καὶ καταφαιῶσι τὰ ἄλλα, καὶ ὀδείω-
σον τὰς φωνὰς παραπέμπασι.

Ad haec greges avium considera, quamque
varia, & multiplici figura sint, variisque
coloribus, qui fiat, ut aliae mutae sint, a-
liae canorae: quaeque harum suavisissimi can-
tus sit ratio, & a quo hanc facultatem acce-
perint: quis lyram cicadis in pectore dedit?
& cantus illos, atque garritus, quos cum me-
ridiano solis aestu ad musicam excitantur
in arborum ramis fundunt, ac nemora sono
implent, & viatorem vocibus prosequuntur.

P H O E N I X.

Descriptio LXI.

Æthiopes, atque Indi disciocolores maxi-
mè, & inenarrabiles ferunt aves, ante
omnes nobilem Arabia Phœnicem;
haud scio an fabulosum unum in toto orbe
nec visum magnoperè. Aquilæ narratur ma-
gnitudinæ, auri fulgore circa colla, cætera
purpureus, roseis caudam pennis distinguen-
tibus, cristis faciem, caputque plumbo apice
cædhonestante, hic postquam longam sæculo-
rum seriem viuendo expleuit, natura ipsius
instinctu rogam concinnat, suavi fragrantium
lignorum copia refertum, quem sepul-
chri simul, & lectuli loco sit habiturus, in eo
sepelitur, & quiescit.

Mox etiam ex eo resurgit ad vitam, post-
quam enim afflantibus solis radijs incensa
iam pyra conflagrauit ales nobilissimus, ut
suis mox cineribus pubescat, exiguum ver-
miculum relinquit in favilla, qui paulatim
animam, & speciosi corporis induit effigiem,
sic Phœnix pater est, & patri simillimus fi-
lius.

Vide Plinium li. 10. cap. 2.

A Q V I L A.

Descriptio LXII.

Aquila enimvero cum se nubium tenuis-
simè sublimauit, euecta alis, torum
istud spatium qua pluitur, & ningitur,
vltra quod cacumen nec fulmini, nec fulgu-
ri locus est, in ipso (ut ita dixerim) solo æ-
theris, & fastigio hyemis: cum igitur eo sese
aquila extulit nutu clementi la-uorsum, vel
dextrosifum tanta mole corporis labitur ve-
lificatas alas quo libuit aduertens, modico
caudæ gubernaculo, inde cuncta despiciens,
ibidem pennarum eminus indefessa remigia,
ac paulisper cunctabundo volatu penè eodem
loco pendula circumuetur, & quatit quor-
sus potissimum in prædam sese superne ruat,
fulminis vice: de cælo improvisa simul cam-
pis pecua, simul montibus feras, simul ho-
mines vibibus vno obitu sub eodem impe-
tu cernens, vnde rostro transfodiat, vnde in-
uncet vel agnum incuriosum, vel leporem
meticulosum, vel quodcunque esui anima-
tum, vel lanatum fores obtulit.

Apul. lib. 1. Florid.

Zzz 3

PSIT-